

nec laudes nec vituperationes expavescimus, Deo tantum placere curantes, minas ho-
 minum penitus non timeamus, tantum dissipet Dominus ossa eorum qui hominibus placere
 desiderant. Flag mi Georgi cum nequaquam contumelias improborum timere debeamus
 pro veritate certantes, cum sciamus et verè et eleganter, Penam apud Hieronymum,
 non minoris esse peccati sequi malum quam bonum vitaveris, quod non audere defendere
 qui bonum pro certo noveris, cur Consilia mea tibi fidelissima saluberrima et multum
 muneraria caritative non suscipis, cur te amantem et tuam salutem procurantem la-
 ceras, cur cor carneum faciens non cogitas te volentem nolentem aliquando moritu-
 rum, cur hæres Rosycam tu ipse non exstimas, cur hanc laudem perpetuis laudibus
 et præconijs celebrandam tibi non æquaris, ut omnes intelligant Georgi de Lodivrad
 sapientia ex Regno Dœmiæ hæreses et errores erasisse et abhuisse, cuius rei et laudis
 et præmij tanta erit immensitas, ut nulla maior explicari, excoGITARI facile queat. Ignos-
 rasne illud peccatum igitur ignorat quisquis dum se Christianum esse
 asserit, Sed apostolica obedientiam contemnit, an divitias bonitatis Domini et patienti-
 tia et longanimitatis contemnit, Ignoras quod bonitas Dei ad penitentiam te adduc-
 it. Convertimini ad me dicit Dominus, projicite omnes impietates vestras, in quibus impiè
 egistis adversum me et facite vobis cor novum, nolo mortem peccatoris, sed magis conven-
 tatur, et vivat. Et tu Praga Civitas quondam gloriosa, corde humiliato exclama,
 Convertite nos Deus salutaris noster, et averte furorem tuum à nobis, peccavimus iniquè
 egimus, mercedem à te et ab obedientia sponsæ Dni nostri dñi Christi Sanctæ Ecclesiæ
 matris nostræ, quæ suavissimis nos cibo reficiebat adherentibus hostibus curam nostram
 rum, qui multis erroribus et hæresibus nos sedarunt et demigrarunt: miserere nostri Dne,
 secundum

secundum